auch, ob gleich die töchtere ihre anteil im Kulmischen haben: Ve-
hiert immere nichts desto weniger ein mittgifft auß dem
Preüssischen lehn

Pacta inter Regem Poloniæ, & Principem Curlandiæ

In nomine Dn̄i Amen. Ad perpetuam rei memoriam.
Nos Stephanus, Dei grã, Rex poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Rußiæ,
Prußiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kiiouiæ, Voliniæ, Podlachiæ, Liuoniæ, etc.
nec non Transyluaniæ Princeps. Significamus p̄sentibꝫ lr̄is nr̄is, quo-
rum interest, huius et futuri oi̅s temporis, vniuersis et singulis.
Cum iam antea Illustris Princeps Dn̄us Gotbardus, Curlandiæ,
& Semigalliæ Dux, syncere nobis dilectus, tum temporis Equestris ordinis
Teuthonici Magister, uniuersa cum Liuonia, Nobilitate, ciuitatibus, sta-
tibus atqꝫ ordinibus omnibus, se ad Serenissimi p̄decessoris nr̄i Dn̄i Sigis-
mundi Augusti et successorum, Regniqꝫ Poloniæ, et magni Ducatus Litua-
niæ, Rußiæ, Prußiæ Masouiæ, cæterarumqꝫ ditionum nostrarum, fidem
ac potestatem contulißet, et in omne tempus subiecißet, idqꝫ ut faceret
iustißimis grauißimisqꝫ causis, et pernecessariis Liuoniæ rebus adductus
esset. Magno nempe Moschorum Duce, longo ac crudelißimo bello, in
eam Prouinciam grauißime incumbente, ac longe lateqꝫ omni iniuria-
rum direptionumqꝫ genere, et flammæ ferriqꝫ sæuitia graßante, iamqꝫ
eo usqꝫ armis progresso, ut nihil non in eius potestatem venturum,
cuncta in illa hostili superatum atqꝫ excisum iri viderentur, iam
eius

eius Illtate cunctisq; Liuoniæ ordinibus magnitudine belli admodu͂
fractis, et nequicquam Sere͂ssorum Imperatorum Sacriq; Romani Imperij
fidem, auxilium, opem diu implorantibus, spemq; iam nullam, non modo
pristini status prouinciæ, sed ne quidem salutis, libertatis, vitæq;
singulorum amplius retinendæ habentibus aliam, quam quæ in Sere-
mo͂rum Poloniæ Regum, et Regni, magniq; Ducatus Lithuaniæ defensione
atq; imperio sita esset. Quod tum eius Illustritas cum Liuonia vni-
uersa, à Serenissimo predecessore nro, Diuo Sigismundo Augusto, in fidem,
potestatem, et ditionem suam, et successorum suorum Regniq; Magniq; Du-
catus Lituaniæ, certis conditionibus, iuste legitimeq; recepta sit: et
quia eius Illustritas studium in adducenda ea prouincia, ad sub-
iectionem ditionemq; Poloniæ Regum singulare extitisset, et ita me-
reri eius dignitas, virtus, fides, censeretur, illi mutato, excensi-
lio ordinis Equestris, statu priore, approbante eam rem predicto Diuo
predecessore nostro, Ducalis titulus, cum omni dignitate, insignibus, Pri-
uilegijs, ducatibus ac ditionibus certis tributis, et eius Illtas
Vasallus Poloniæ Regum, feudatariusq; Princeps, et regni magniq;
Ducatus Lithuaniæ membrum factus fuerit, pro eo vt diplomate
nobis exhibito ac Vilnæ XVIIIa die Mensis Nouemb. Anno Dni 18/11 1561
M.D.LXI. perscripto, et Diui Sigismundi Augusti prædecessoris nostri
manu subscripto, certius fusiusq; continetur. Quod præterea
cum Illtas eius de solenni sua inuestitura feudali Serenissimum
predecessorem nostrum Diuum Sigismundum Augustum aliquoties
appellasset, et per temporum rationem magnitudinemq; Regni ne-
gotiorum, voti sui compos, regnante, viuenteq; predicto Diuo prede-
cessore nro effici non potuisset, à nobis ad regni nri Poloniæ
Magniq; Ducatus Lithuaniæ fastigium Dei benignitate euectis
diligentissimis precibus, confirmationem suorum iurium, à Diuo
Sigismundo Augusto concessorum, et Ducalem feudi Inuesti-
turam in Comicijs adhuc à nobis habitis, flagitarit; Sed cum
magnitudo varietasq; nostrarum occupationum tum locorum quoq;
interualla id à nobis prestari non paterentur, ei rei peragendæ
ex consilio primariorum Regni nostri consiliariorum, qui partim cora͂
nobis adfuerunt, partim per literas de eo à nobis appellati
sunt, pariterq; eorum qui ex Magno Lithuaniæ Ducatu frequen-
tes

tes nobis in Senatu assederunt, praesentis loci temporisq; opportu-
nitas fuerit constituta. Cumq; eius Illtas ad nos hoc tempore
huncq; in locum se contulisset. Nos die Mensis sub generalem
exercitum nostrorum delectum, et recensitionem in Castris et territo-
rio nostro, postq; eius Mtas à nobis inuestituram petysset
et fidelitatis subiectionisq; iusiurandum nobis et successoribus
nris, Regnoq; Magnoq; Ducatui nro Lithuaniae praestitisset, nos
ex consilio consiliariorum nostrorum iam lateri nro assidentium,
quam per literas de eo requisitorum, praenominatum Illem Prin-
cipem Dnm Gothardum Curlandiae et Semigalliae Ducem
ad terras, ciuitates, oppida, arces, possessiones, praeeminentias
et iura oia, quae à Diuo Sigismundo Augusto Serenmo an-
tecessore nro concessa sunt, tradito à nobis solenni ritu feudali
vexillo inuestiuerimus, et praesentium literarum nostrarum autho-
ritate et tenore inuestimus, ea oia grata, rata habentes con-
firmantesq; et de integro solenni Inuestitura conferentes quae
à praedicto Serenisso praedecessore nro diplomate die XVIIIa
mensis Nouembris Ano MoDoLXo sub suae Sertis manu
dato, eius Illustritati iam ante data, concessa collata sunt, atq;
ea quidem quae in illo commemorato diplomate ad eius Illtatem
spectarent, haec sunt: PRimum vest, eius Mtati atq; eius
posteris Masculis, legitime ex eius lumbis linea recta descen-
dentibus Ducalem titulum ad instar Illustris Ducis in Prussia,
cum omni dignitate insignib. priuilegijs Ducalibus confirmamus
et de integro in hac inuestitura conferimus ita vt Vasallus nr
membrum & feudatarius Princeps et successorum nostrorum Regniq;
et Magni Ducat. Lithu: sit, itidemq; quilibet eius posteri sint.
Praeterea vt à Diuo Sigismundo Augusto Sermo praedecessore
nostro eius Mti posterisq; eius legitimis masculis ex eius lum-
bis linea recta descendentibus, nominatae ditiones, possessiones, Ciui-
tates, oppida, arces, certae assignatae sine infeudationis solennita-
te fuerunt, ita nos vigore legitimae inuestiturae eidem attribui-
mus

mus damusq; atq; confirmimus. Primum totu illu tractum
Curlandiæ & Semigalliæ incipiendo à salso mari sursum sequen-
do fluuium Hilga, ascendendo ad antiquos limites, olim per
Radziuillum inceptos & dispositos, inter Samogitiam, Litua-
niam & Russiam ab una & Liuoniam ab altera partibq ver-
sus districtum Plocensem ad Dunam fluuium; descendendo verò
Duna usq; in mare salsum, adeò ut quicquid in istis terminis
cis Dunam, versus Lituaniam continetur & ad ordinem Liuo-
niæ spectabat nunc & in perpetuum apud Ill.tem suam & eius
pdictos hæredes masculos pmaneat. Curias videlicet bona &
Nobilitatem, quæ ad arcem Dunenburgen. ex hac parte fluuij Dunæ
versus Lituaniam spectarunt Arcem Selburgam cu toto districtu.
Curias item & Nobilitatem & omne id quod videlicet ex hac parte
ad Arcem Ascherad spectauit, Arcem Dausco Nevgrudt, cum ijs
quæ ad arcem Kocholm pertinebant, arces Mitovo, Tucku, New-
burg, Doblen, Candaro, Alswangen, Schrunden, Frawenburg Zabel-
burg, tum et illas arces quæ Ser.mo antecessori nro Diuo Sigismundo
Augusto oppignorata fuerunt, Goldingen, Hasenpoth, Durben,
Vindaw in summa octuaginta millium, Arcem verò Grobin in quin-
quaginta millibus Illustri quondam principi Dno Alberto
Marchioni Brandeburgen. in Prussia Duci itidem oppignoratam,
& illas quidem summas, quemadmodum pdictus pdecessor nr in di-
plomate suo remisit, Ill.ti eius et nos remittimus. Quod si
verò diuina voluntate sic disponente euenirent, vt aut eius Ill.tas
sine mascula prole ex eius lumbis legitimè descendente decederet,
aut eius Ill.tas posteri ex ea descendentes, in hoc feudo legitimi
successoris ita decederent, nullis relictis ex lumbis suis legitimè
descendentibus liberis masculis, tunc omnis & singulæ terræ,
ciuitates, oppida, arces, bona, iura, eius Ill.tati à Ser.mo pde-
cessore nostro Diuo Sigismundo Augusto concessa & à nobis
hoc diplomate confirmata ad nos & successores nostros Reges
Regnum Poloniæ Magniq; Lithuaniæ Ducatum immediatè
pleno

pleno iure sine oi impedimento & contradictione devolvi & redire debent. Pro nobis vero & Sertriss. successoribus nris & regno magnoq. Ducatu Lithuaniæ totum tractum & omnem reliquam provinciam ultra Dunam vigore contractus à Divo Predecessore nro Sigis.o Augusto cum eius Illus.te in supra memorato diplomate Vilnæ die 18 Mensis Novemb. Ao M.o D.o LXI.o initi reservamus, Primum & ante oia arcem & civitatem Rigensem, cu oi qm ea antiquitus obtinuit iure, dominio & proprietate, meroq. & mixto impno, aps Imperatores Romanos obtento, de quo iam ante Illtas eius Divo Sigis.o Aug.o condescendit, illudq. resignavit, & psentiby iterum resignat & condescendit, & ab Homagio quo civitas illa Rigen: Illti suæ tenebatur absolvit absolvereq. & renunciare coram Legato Divi Sigis.i Aug.i in civitatem Rigensem p eius Mtem ablegatum, publice tum & ab ipso Homagio liberam facere, nec non oia diplomata ab Imperatoribus Romis sup ea re obtenta eius Mti tradere tenebatur. Quiby pdictis conditionibus, si nondum satisfecisset, satisfacere tenetur, tamq. civitatem, sicut & reliqua oia, quæ sequuntur potestati meroq. & mixto Dominio nro permittere, sicut iam ex tunc vigore privilegij D. Sigi Augusti, ita etiam nunc vigore præsentium permisit ac permittit. Sequentes igr civitates & arces pdictaty atq. pfectituræ, pro Divo antecessore nro, nobisq. ac successoribus nris Sermis Regiby Poloniæ & magnis Ducibus Lituæ tam vicēj illa suæ tu in potestate ordinis permanserant, Divoq. Sigismundo Aug.o traditæ fuerant, vt sunt arces Kircholma, Ascherad, Duneburg, ad ripas Dunæ sitæ, Rositen, Ludsen, Trikaten, Ermis, Helmet Karkhus, Weissenstein cum tota Jerwia, Arx & civitas nova Pernovia, Sadra, Ruia, Burtnick, arx & civitas Wolmaria, Wendena, Wolfart, Arries, Segwaldt, Schuien, Durgeburck, Mitaw, Lemborg, Roden pois, Newmole. Deinde & illæ q iam tum in potestatem hostis Moschi pervenerant, & armis recuperandæ sunt. Videlz Ducaty Estoniæ, & Episcopatus Derbatenensis, qtum in ea Illtas sua interesse habet cu oiby illaru Nobility, vasallis, curijs, fundis & universis bonis ad ea spectantibus.

Cumq.

14

Cumq; inter cætera & hoc inter Serm prædecessorem nostrum &
eius Illtem conuenerit, vt permutatioe Episcopatus Curoniensis
pro Doneburga arce curijs Zeal & Medsel Illus Dux Magnus
contentetur, et eam ad rem prædictus Serus prædecessor nr operā
receperit, vt cum reliqua Curonia Episcopatu quoq; Curonien: eius
Illtas potiatur: Nos quoq; eandem operam daturi sumus. Neue
etiam Limitū indiscussionum cū Vicinis Illtas eius controuersiam
aut difficultatem habeat, sic regia nra autoritate curabimus,
vt primo quoq; tempore ad præscriptum pactorum Posvolensium
& posteriorum Vilnensium resecentur, & certi constituantur in
tota illa vicinia limites. Interea verò neutra pars alteri dānum
inferat, aut litem & difficultatem moueat, pro eo vt hoc priui-
legio prædicti Dñi Antecessoris nri continetur. Cumq; tractus
Dunæ sursū & deorsum limites inter nos & eius Illtem constituat,
ius & æquitatis ratio postulat vt medietate fluuij in piscando
et alijs comoditatibus eius Illtas perpetuo gaudeat, quæq; In-
sulæ siue medianes alteri parti viciniores sunt, apud eandem
partem, iuxta priuilegium Sigisi Augusti maneant.

Monetæ etiam cudendæ facultatem, vt à prædicto Dño antecessore
nro data est, eius Illti confirmamus, & de integro concedimus,
ad pondus & ualorem cōis Reipub. & vt eius promiscuus & indif-
ferens vsus sit, tam in Lithuania, quam Liuonia volumus, atta-
men vt ex vna parte nra effigies, vel insignia regni & Magni
Ducatus Lithuaniæ in altera Illtis eius exprimantur. Si quid
porro Illti suæ vendendū, impignorandū permutandumue fuerit,
super hoc Illti eius libertatem facultatemq; concedimus, vt ante
à D. prædecessore nro concessū est, ita si vt ad nos & Sermos suc-
cessores nros, de eo primo loco referatur, nobisq; optio detur, si ta-
lem oppignorationem ipsi acceptare voluerimus, sin minus, tum
id Illti eius liceat cui volet. Dabimus etiam operam se-
cundum priuilegium prædicti D. antecessoris nri qd Ducatus

Estoniæ

Estoniæ cum Ciuitate Reualiensi vel transactione aliqua iusta
& nomini nro honorifica, vel p alias rationes recuperatur, vt Illti
suæ æqua portio vel in bonis, vel pecunia concedatur, sumptibus
in ea recuperatione factis ante oia nobis, refusis. Deniq;
eius Illtis iurisdictionē totalem, pro eo vt priuilegio Diui
Sigismundi Augusti continetur, iuxta leges & consuetudines, mo-
resq; antiquos confirmamus, & de nouo concedimus. Et illi
qui Illtis eius Iurisdictioni subiecti & ratione domiciliorū
eius subditi erunt, & manebunt, ad suū tm principē puoca-
bunt, in causis tamē grauibus & maximi momenti, licebit
Equestri Ordini à Principe suo ad conuentū prouincialem terrarū
Liuoniæ iuxta veterem consuetudinem prouocare.

Cauerat et D. Sigismundus Augustus Antecessor nr, cum
ante sexennali bello, tum Illtis suæ, quam etiam Nobilitatis Curo-
niensis vires, exhaustæ essent, relaxata vt eet eius Illtas & No-
bilitas ab onere belli; & vt hoc saltem pstarent & mitterent quod
comodè pro modulo possent, alio autem tempore, eandem habendam
rationem, quæ Illtis Dni Ducis in Prussia · ita nos & nunc
pro hoc bello copijs, de quibus nobis cum eius Illte conuenire con-
tenti erimus. — Postremo cum eius Illtas pernecessarijs &
iustissimis de causis se ditioni atq; Imperio Sermi præde-
cessoris nri & successorū Regniq; & Magni Ducatus, subiecerit,
extrema Magni Moschorū Ducis iniuria, vi, atq; oppressione
hostili impulsus, frustra per annos complures implorata Imperij
Romi atq; Imperatorū ope atq; subsidio, iamq; per longissē tem-
poris spatium veluti pro derelicta habita, sub ditione Poloniæ Re-
gum antecessorū nostrorū & nra nulla cū controuersia permanse-
rit. Nos quidem futurum non iudicamus, vt eius Illti eo nomi-
ne controuersia aut molestia vlla afferatur. Verumtamē si qua
allata fuerit, q cum labe aliqua nois aut aliquo detrimento
coniuncta sit, nos in eo Regio nro officio, quod in defendendis sub-
ditis nostris versari nō ignoramus, minimè defuturi sumus, quodq;
Sermos pdecessores nostros in cāa Illtis quondam in Prussia Ducis

15

Alberti egiſſe intelligimus, agere minime permittemus, defenſionemque
contra hoſtem omnem, qualiſcunque tandem ille fuerit, præſtabimus
et ſucceſſores nri præſtabunt.

Ipſe verò Illrs Dux pro hac Sermi prædeceſſoris nri
et noſtra in ſe beneficentia, quæcunque Vaſallus et feudalis Prin:
ceps erga ſuum naturalem ſuperiorem et directum Dnm fidelitatis
et obſervantiæ ſervitiorumque offa et ſtudia pſtare tenetur,
eius Illtas pſtabit, et hæredes poſterique legitimi in hoc feudo
ſucceſſores præſtabunt. Nosque viciſſim eius Illtem et prædictos
hæredes ~~poſterique legitimi in hoc~~ oi patrocinio, amore et bene-
volentia boni Regis et ſupremi directique Domini comple-
cti, et in iuribus et privilegiis eorum conſervare tenebimur
et ſucceſſores noſtri tenebuntur. In quorum omnium
et ſingulorum fidem &c.